


Sanctus bonauentura  
structione nouitioruz.  
virtutibus cardinalibus



*Salvator*

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21


22

23

24

25

Sanctus bonauētura de in-  
 structione nouitioruz. ⁊ de quatuor  
 virtutibus cardinalibus.



*este in m. v.  
 Conla hie  
 pnestol en  
 zom fe  
 di d. v.  
 es lab. n.  
 mab. n.  
 m. v. d. n.*

*Collonib. p. v.*

De ingressu ordinis.	Capit. i
Doctrina custodiendi linguam.	Cap. ii
De custodia circa auditum.	capitu. iij
De custodia circa visum.	capit. iij
De custodia circa odoratum.	capitulū. v
De custodia circa tactum.	capit. vj
Doctrina sequendi chorum.	ca. vii
Doctrina de dormitione.	capit. viij
De doctrina in refectorio.	cap. viij
De doctrina in capitulo.	capitu. x
De doctrina confitendi.	capitul. xj
Doctrina de studio.	capit. xij
Doctrina vssitandi infirmos.	capit. xij
Doctrina recipiendi fratres.	capitu. xliij
Doctrina requisite nature.	capitul. xv
De modo complacendi prelati.	ca. xvj
Doctrina de modo paupertatis.	capit. xvij
Doctrina de castitate seruanda.	ca. xvij
Doctrina intrandi villam.	ca. xvij
Doctrina circa laboritium hūilē ⁊ puū.	ca. xx
Doctrina colationis.	cap. xxj
De contentione vitanda.	capit. xxij
De modestia ludendi cum manibus.	ca. xxij
Doctrina confessionis.	cap. xxij
Doctrina de modo confitendi.	capit. xxv
De modo dicendi culpas in capitulo.	ca. xxvj
Breuiorquium.	capitulum. xxvj

**D**octrina surgendi ad matutinas. capi. xxviii  
**D**octrina q̄liter d̄bes addeſ aliq̄ in miſſa. xxix  
**B**ernard⁹ cōparās ſeculū religiōi  
**I**n monaſterio eſt vita cōtemplatiua: in ſeclo  
eſt vita laborioſa. In monaſterio ē vita ſancta: in  
ſeculo eſt vita criminioſa. In monaſterio eſt vita  
ſpūalis: in ſeculo eſt vita carnalis. In monaſterio  
eſt vita celeſtis: in ſeculo eſt vita terreſtris. In mo  
naſterio eſt vita quieta: in ſeculo eſt vita turbulen  
ta. In monuſterio eſt vita tranquilla: in ſeculo eſt  
vita cōtentioſa. In monaſterio eſt vita pacifica:  
in ſeculo eſt vita iurgis plena. In monaſterio eſt  
vita caſta: in ſeclo eſt vita luxurioſa. In monaſte  
rio eſt vita p̄fecta: in ſeculo ē vita vitioſa. In mo  
naſterio ē vita plena virtutibus: in ſeculo eſt vita  
plena vitijs. In monaſterio ē vita ſanctiat: in ſe  
culo eſt vita iniquitatis. **A**udiſti frater chariſſi  
me bona que ſunt in mōaſterio: audiſti mala que  
ſunt in ſeculo. Audiſti virtutes monaſterij: audi  
ſti vitia ſeculi. Audiſti ſalutē monaſterij. audiſti  
p̄ditionem ſeculi. Audiſti vitam: audiſti mortem.  
Nunc ecce in ſpectu tuo bonū ⁊ malū. Ecce añ  
oculos tuos p̄ditionē ⁊ ſalutē. Ecce añ te vitā ⁊  
mortē. Ecce ignis ⁊ aq̄: extēde manū tuā ⁊ elige  
qđ vis. ecce via padisi. ecce via inferni. ecce via q̄  
ducit ad vitā: ⁊ ecce via q̄ ducit ad mortē. q̄ ambu  
la p̄ quā voluer]. **S**olū rogo vt eligas meliores.

**I**ncipit compilatio seraphici  
doctoris sancti bonaventu  
re de instructione nouitiorū.

**D**e ingressu ordinis. Cap. i



**F**ili cum exieris de egipto  
et terram israelis intrabis, id est cum  
exieris de lacu miserie et de loco  
vel luto fecis et religionem intrabis  
quattuor te oportet facere. Pri  
mum peccata tua generaliter con  
fiteri. Secundum ad discere seruenter et ardenter ora  
re. Tertium officium sancte ecclesie ad discere. Quartum  
te in seruicium fratrum exercere.

**D**e doctrina custodiendi linguam. ij



**F**ili accedens ad ser  
uitium vel ad seruitutes dei. Primo  
et super omnia custodi linguam tuam. quia  
qui se putat religiosum esse non re  
frenas linguam suam sed seducens cor  
suum. huiusmodi vana est religio. Custodi linguam tuam di  
co a murmuratione a detractione. a mala respon  
sione. a multiloquio. a silentij fractione: ab ocio  
so sermone. quia pro quocumque istorum. vel pro quo  
cumque errato deducet te dominus in iudicium. Et propterea

o Jo

bene nosti q̄ postq̄ erraueris in lingua. nihil lu-  
crabis sed amittes. Hoc quidē de alijs corporis  
mēbris intellige qđ de lingua luculenti' tibi enar-  
raui. Et quia de corde exeunt om̄ia mala. Om̄i  
ergo custodia custodi cor tuū. Nam magnus ca-  
strū custodit: qui cor suū custodit. Cor tuuz reci-  
piat nullo modo cogitationes vanas. sordidas.  
luxuriosas. abiciosas. inutiles. ⁊ inanes. Et si q̄n-  
doq̄ illabit. illico eas abice signo crucis. seu pe-  
ctoris tunsione. Miser homo interdū a mane vsq̄  
ad vesp̄as cogitat: ⁊ post cogitatus non in-  
uenit requiem. s̄ labores. Ergo desine inania co-  
gitare. Quid em̄ nisi afflictō spūs. ⁊ om̄issio tem-  
poris inuenitur? Delecteris in cogitādo mortes  
crudelissimā quas dñs p̄ nobis voluit pati. Vel  
cogita quid in seculo comisisti. quātuz in ordine  
profecisti necnō reuolue in te tormenta reprobo-  
rum ⁊ gaudia beatorum.

**¶ De custodia circa auditū. Cap. iij**

**¶ Epi etiam aures tuas**

**¶** spinis ⁊ nolī audire linguā de trahentē

Domo em̄ nō debet audire loqui de aliq̄  
re turpi nisi honesta ⁊ sancta ⁊ nō ultra p̄cedere.

**¶ De custodia circa visum. Cap. iij**

**¶ Quid dicam de oculis?**

Auerte oculos tuos ne videant vanitates. Nequis  
oculo quid creatum est: Non licet intueri quod non licet  
concupisci. Dic igitur cum iob. Nepegi sedus cum  
oculis meis, ne cogitarem de virgine.

**D**e custodia circa odoratum. ca. v

**N**on delecteris in flagran-

tia saporum. Memento quia pulvis es  
et in pulverem reuerteris.

**D**e custodia circa tactum. cap. vi

**M**anus aut tuas semper

iunctas habebis. non tamen cathena ma-  
nuali. sed vinculo spirituali. Rememora

documenta apostoli. Bonum est mulierem non tangere.

**D**octrina sequendi chorum. c. vii

**N**on pigriteris ad

horas canonicas ambulare. Secun-  
dam pulsationem minime postoleris.  
quoniam audita prima pulsatione ad re-  
quisita nature si indiges festinabis

Cum aut ingredieris templum. primo aspergari yso-  
po dicēs. Asperges me etc. Deinde fronti tue signo  
crucis impresso. Intra bis ecclesiam dicēs orationem  
Aufer a nobis cunctas iniquitates nostras. ut ad  
sancta sanctorum puris mereamur mentibus intro

ire. Cum ad chorum puenieris caput tuū reuerē  
ter ⁊ p̄funde inclinabis corā altari versus medi  
um dicens orationes. Adoramus te ch̄riste ⁊ om  
nes ecclesias que sunt in vn̄uerso mundo. ⁊ be  
nedicimus tibi. quia per crucem tuam redem̄ isti  
mundum. Ex̄inde gradieris ad scalluz tuū: ⁊ ibi  
ante orationē p̄para animā tuam. ⁊ noli esse sicut  
homo qui temptat deum. P̄para disco: exteriora  
negocia postponendo. Illud qđ habes dicere  
p̄uidendo. Interiorē ⁊ etiā exteriorē hominem  
totuz deuotioni recolligendo. Et dicas hymnū.  
Rex xp̄e clemētissime. tu corda n̄ra posside. vt ti  
bi laudes debitas reddamus om̄i t̄p̄e. Et maria  
mater gratie: mater mie: tu nos ab hoste protege  
⁊ hora mort̄ suscipe. Gloria tibi dñe q̄ na. ⁊ c. Po  
stea dic tria p̄ n̄r ob m̄oria passōis iesu xp̄i. p̄  
mū ⁊ scđz. vt dñs faciat te p̄cipē passōis resur  
rectōis ⁊ ascēsiōis. Tertiu p̄ oib⁹ uiuis ⁊ defun  
ctis. Post hec aut̄ duz dixeris horas distincte ⁊  
aparte p̄feras verba tua. De p̄te tua nihil dimit  
tas ⁊ partē alterā nō relinquant. Diligenter atten  
de vt plus medullā litteraruz ⁊ sensuū rumines.  
q̄ aures astantium voce dulcissimis neumat̄is  
demulceas. Si autem propter impedimentum  
v̄ negligētā de v̄bis sacr̄ aliqd̄ p̄termiser̄: post  
finē horaz ad r̄cōp̄sationē aliqd̄ supaddas. ve  
rūt̄n̄ tuis i matutis. sp̄alit̄ taz p̄p̄ somnolētā q̄

a iij

pp̄ter ignorātiā vel negligentias, antea partim  
vel ex toto dicere matutinas. Porro ī choro hu  
militer te geras. Nam si cantor aliqd̄ tibi comise  
rit, facias aīo diligētī, nisi forsan aliqua causa ra  
tionabili fueris p̄peditus. Et tūc humiliter te ex  
cuses. Quidquid legis vel cātas totū facias ad  
deuotionem nō ad vanā gloriā. Deuota em̄ offi  
cia vel obsequia, placere deo ⁊ hominibus dīno  
scunt. In choro etiā deuote ⁊ honeste studeas p̄  
manere. Manus quidē in modū crucis vel colli  
gatas teneas, oculos demissos habeto, erectus  
nō stando vel iacendo, vel cōsopitus in p̄spectu  
angelorū debeas cōparere. Ita facias vt semper  
representes te imagini crucifixi, honestatē etiā in  
om̄ibus p̄tēde. Oportet etiā mulieres inhone  
ste nō circūspicere. Discursum in choro quātum  
poteris euitabis. Si aut̄ discurrere te oportebit  
aliquādo: incedas gressu cōposito sicut decet, in  
tantū vt circumstātes occasionē nō habeāt iudi  
candi. Dissolutiones iuuenū nō auertas, ne forte  
cū dolore temere patefacias dentes tuos. Custo  
di silentiū, quia si in alijs locis obseruari debet,  
potius in choro ⁊ artius custodiri. Magna siq̄  
dem verecūdia est plectendus qui in loco tā terri  
bili vbi sunt angelorū ciues: verbis ociosis ⁊ fa  
bulis occupatur. Cum in ecclesia vel alibi aliqd̄  
recitabis, nō tibi attribuas sed largitori bonorum

gratias largiaris dicens. Nō nobis dñe nō nob.  
sed nomini tuo da gloriā. Quid em̄ habes quod  
non accepisti. Et si accepisti: qđ gloriaris quasi  
nō acceperis. Et si verba cantionū alicubi reso-  
nas. multo magis debes in ecclesia deū voce mel-  
lea collaudare. Presertim cum diuina puidencia  
tibi contulerit vocē bonā piter ⁊ sonorā. Quid si  
tibi vox nō fuerit gratiosa. oīno taceb̄. Nequaquā  
Sed conare facere quod valebis. Naz plus pla-  
cet auribus dñi vox bouina cuz deuotione prolata.  
q̄ indeuote concentus melliflu⁹ philomene.  
Ita tñ te habeas in clamando seu cantādo vt tu  
semp voci p̄domineris: ⁊ non vox sup te accipiat  
principatum. Post horas aut̄ semp aliquid sup  
addicias. vt possis dicere cū psalmista. Addiciā  
super omnē laudē tuā. Hoc tñ attendas. qđ neq̄  
ocium debes sup omnia vitare. Naz multa mala  
docuit ociositas. Ipa em̄ est sentina viciozū. Spi-  
ritū extinguit. carnalitatē augmētat. deū a se elō-  
gat ⁊ curiā ciuiuz supnozū. Semp aliqd boni fa-  
cito vt te diabol⁹ inuentat occupatū. siue legēdo  
siue meditando siue orādo. siue etiā opando. Ad  
huc aliquid tibi supaddo. Os nō purgabis infor-  
mis sed extra vel in loco deputato. Cum fratres  
sunt inclinati: ante eos minime p̄transibis. Valdē  
em̄ absurdum est vt reuerētia que f̄t tremēde ⁊ in-  
diuidue trinitati sit ab homie p̄pedita. Quādo



*hyeronymus*

namque sancta trinitas nominatur. terram ut ita di-  
cam debet homo emordere. Cum fratres sunt pro-  
strati. et chorus est artus. super eos pretransire non de-  
bes. Noli pigritari libro appropinquare. quia qui  
in labore hominum non sunt. cum hominibus non  
flagellabuntur: sed partes vulpium erunt. Inclina-  
tiones facias profunde et reuerenter et paulatim  
et non repente et donec dicat. et spiritui sancto non surges  
Quoniam dicitur sancti dei omnes stabili regione Illud idem facias  
in lectore euangelii. et in uite missa est. Insuper libros  
diligenter tractab. et cadela caute sicut batulab.  
**D**octrina de dormitione .Ca. viij

### **¶** Ali quando intrabis lectum

**F**ate ipse et lectum cruce saluifica consignabis  
dicēs. Per crucem hoc signum. fugiat peul  
omne malignum Et per idem signum saluetur quot  
benignum. Et si incetina libidinis te molestet sur-  
ge non tardab. Hoc est enim saluberrimum documē-  
tum ad motum luxurie reuocandum. scilicet. ut vesica sepe  
euacuet. Tunc ad veram castitatem seruandam. tria sunt  
necessaria. Primo ut cordis humilitatem habeas.  
Secundo ut visus et auditum custodias. et loqui cum mu-  
lieribus et audire eas abhorreas. Tertio ut super-  
fluitatem victus et somni euites. quia sunt incen-  
tina peccati. Et si forte pompa luxurie te concu-  
serit. recordare dilectum tuum in cruce positum. et  
dic in corde tuo. Deus meus pendet in patibulo

et ego voluptatis operam dabo: Neminis oculos in  
faciem defigas et marie mulieri. Consortia iuuenus  
quatus poteris deuita. Cum ad lectum lapsus deue  
neris te honestissime iacendo componas. Non supi  
nus iaceas nec genua leuando ne calcancos iun  
gas ad tibias. Interdum cum in lecto panis fueris  
cooptus. hanc orationem tertio recitabis. O beatissima  
maria ergo matris castitatis. iunge renes meos lacte pu  
ritatis amen. cum oratione dominica et credo. Et quam multi  
solent in hoc vicio esse viciosi ideo dico tibi hora surge  
di non sis tepidus inexcitatus statim a te somnum. Nam  
in illo interuallo modico quod lucratur: Forsitan ho  
stem tuum calefacis. Manus extra tunicam non intus  
moneo te habere. Quam autem surrexeris: dices quoniam  
Matris nostre propter. v. vulnera iesu ipsi. Manus et latera et  
pedes tuos propter componendo. Deinde dices canticum  
cum gradu et quicquid aliud tibi dominus inspirauerit. Post  
matutinas vero dices. vij. psalmi. cum letania vel quod tibi  
dominus dederit. Vex qui nescit tenere modum de facili potest  
deficere. Ideo uolo te semper commune ducere vitam. Cum  
dormientibus dormi. et cum vigilantibus vigilato. cum  
prudentibus prudere. cum ieiunantibus ieiunato. nisi for  
san proplerio tua vel infirmitas requirat aliud quod prece  
ditur  
Cum per dormitorio incedas non facias strepitum cum  
pedibus ne alios inquietes. Cum candelam accensam por  
taueris. lumina abscondas ne oculi quiescentium offendantur  
**¶ De doctrina in refectorio. C. viiiij**

## Ali non soluz in loco

**f** orationis verū etiā in loco refectionis te gere humiliter ⁊ deuote. Cū ergo audieris refectionis cāpanilam. surge velociter. ⁊ dic. Dñe exaudi. primū. Quādo vadis ad cenaz dic. Beati oēs. Quā autē lauas manus dic. Vidi aquā egredientē de templo a latere dextro. Laua qđ est sordidum: riga qđ est aridum. flecte qđ est rigidum ⁊ pater noster. Deinde cuz tergeris manus tuas dic. Absterge deus omnē maculam ab aīa mea. ⁊ pater noster. Porro cū sederis teneas caputius pfunde. dic ter pater nř. primū p illis qui sunt in caritate. scđm p stantibus in peccato mortali. tertiu p illis qui in purgatorio cruciant. Post pater noster dic confirma hoc deus qđ opat' es in nobis a templo scđo tuo qđ est in ierusalem. Post scđm dic. Illuminare hīs qui in tenebz ⁊ in vmbra mortis sedēt. ad dirigēdos pedes erratiū in viā pacis. Post tertiu vero dic. requiem eternaz dona. ⁊c. Interea quā mensaz intrabis sup sedilia nō ascendes. nisi forsitan ille transitus nimitū sit astrictus vel angustus. Postq̄ autē in loco tuo fueris collocatus. dic pro benefactoribus vnus pater noster ⁊ aue maria. ⁊. Libabis nos pane lacrimarū. ⁊ potū dabis nobis in lacrimis in mē

sura. Et inde extrahere caute cultellum et paulatim incipies scindere panem tuum dicens. Domine iesu tempore rogo te quod des mihi gratiam ut comedam ad necessitatem et non ad superfluitatem amem. Hoc tamen attende quod prius debes comedere panem duriorum et grossiorum. Verecundum est enim primo panem similagineum et postea ordeaceum manducare. Non oportet in quolibet obsequio tergere manus tuas. sed cautelam aliquam indagabis ita ut tovallia non deturpent. Reprehensibile est namque cum apud te posita fuerint mappa munda et tam cito appareat deturpata. Quod magna virtus est carissime qui scit esurire et sitire et penuriam pati. Hijs ergo que tibi apponuntur sufficiens esto semper. Quoniam nisi sis contentus in animo ventrem tuum nunquam posses satiare etiam si comederes unum bouem. Si autem contentus fueris te cena brevissima faciabit quia quod videtur deficere dominus superaddet. Magna quippe vilitas pro cibo litigare. aut etiam murmurare. Regnum dei non est esca et potus. Cave diligenter ne dicat tibi dominus. fili: mihi in cruce posito dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. et tu vis uti cibis et potibus delicatis? Hec tibi regula sit quod si panis vel vinum aut pulmentum non ut vis fuerit prepatum. accipito placide. et ita tibi videbitur fauus mellis. Et preterea si hodie minus bene comederis cras habere poteris abundanter. Quare ergo deum et prius

mū irritabis: **C**ave ne intereas morſu ſerpentiū  
ignitorū. In menſa em̄ non tm̄ ventrē ſed etiam  
mentē reficere debes. Memēto vt ſis ibi honeſt⁹  
Oculos demiſſos habeto. Aliorū noli circūſpice  
re portiones. Inclina caput ſeruitori cū tibi ali  
qd̄ miniſtrabit. Quādo bibes ⁊ qñ tibi pulmētū  
aliquod apponet dic aue maria. Ciphū nō acci  
pias niſi terſiſ manus ⁊ bolo antea ⁊ glutito  
Quicqd̄ ibi feceris facias cū cautela. nē late ma  
nice ruborem in facie tibi faciant apparere. Non  
nimis impleas ciphū ⁊ in fine nil vini remaneat  
in eodem. Nō tibi ſit vanum vinū bene ⁊ cōgrue  
tempore. Cū comedis noli parapfidē amplectari  
nec curuus ſis nimīū ſup eam. Noli etiaz nimis  
comedere feſtinanter. ſed paulatī paſcere te opoz  
tet. Non effundas te ſup omnē eſcā ſz ſtatue cul  
truz diſcretionis in gutture. Debes em̄ ſcire q̄ ex  
nimia comēſtione creſcit ydropiſis ⁊ palloz in fa  
cie. Sicut ex nimio potu frequēter palipiſis gene  
ratur. Mēoz etiā eſto q̄ ibi comedis ⁊ bibis ſan  
guinē ⁊ ſudorem peccatorū. Si aliquis ibi v̄l ali  
bi aliqd̄ officiū tibi comiſerit. ſtatim caput tuum  
debes inclinare niſi aliq̄ iuſtā cauſam habueris.  
**E**t tunc ex cauſa te ſicut decet. Os tuū vel dentes  
in reſectorio nō lauabis. Sz in alio loco ab alijs  
ſequeſtrato. Os tuū ſub menſa purgabis. Naſuz  
vero cum gremio tunice v̄l cum ſimbria mantelli

tui mūge. Nō petas sal vel aliqd dum frater ma-  
num teneat in catino. Cū tibi aliquid oblatū fue-  
rit. ⁊ recipere nolueris caput tuum inclina. Post  
comestionez nō accedas ad fratres ne dicas vel  
audias que tibi nocent quia in illa hora maxime  
excedit hō in verbo. Ensenia de mēsa in mensam  
ne mittas. Si vis dare fratribus qui sunt ppe te.  
exhibebis. si ppendis q̄ indigeāt ⁊ velint accipe-  
re. Signū nō facias nec aliqd petas nisi in neces-  
sitate. Semp cū timore comedas ne in aliquo ex-  
cedas. Et nō comedas ad sapore. sed ad necessi-  
tate. Vinū tibi p̄pina ⁊ tibi scinde panē. Quādo  
scindes caseū scinde p̄ lineā rectā nō p̄ cōcavita-  
tē. Post comestione ⁊ gr̄as debes dicere. Gloria in  
excelsis do. Ad te leuavi oculos meos. Et de pfun-  
dis. Dat n̄r p̄ fidelib⁹ defuncti. ⁊. Orem⁹ p̄ bñ-  
factorib⁹ n̄ris ōro. Pretēde dñe famlis. et absol-  
ue q̄s. Salue regina. cū ōone. ⁊ sc̄te francisce cū  
ōone. Et oēs sc̄i tui dñe nos vbicūq̄ ⁊c. vl. vii.  
ps̄ penitētiales vna die p̄ vniis alia p̄ defuncti

**De doctrina in capitulo. Cap. x**

**f** Aliqñ ibis ad capitulū

dic vtinā dirigant̄ vie mee ad c. Tūc nō p̄fundar  
cū ⁊c. Cōfitebor tibi i dir. cor. ⁊c. p̄ n̄r. deidecū i  
capitlo fuer̄ ito gress⁹ nō statiz sedeb⁹ s̄ fr̄es ātea  
expectab⁹. reuera cū dixeris culpā tuā nō leuiges

eam. hoc est nō facias eas minorē excusando te.  
quia tali excusatiōe nec deū placas nec primum  
edificas nec animā tuā purificas. Hoc tñ atten  
de q̄ de manifestis offensis tñ debes te accusare  
Memēto etiā q̄ si aliquis duxerit ad mēoriā cul  
pā tuā nō displiceat tibi. s; eas similiter recogno  
sce. Quā enī frater accusat te debes intelligere q̄  
caritas eū trahit: Si autē bene cognoscis q̄ ab il  
lo crimine sis immunis nō cū clamore sed cū mo  
derantia te excuses. Nullus tamē debet accusare  
aliū nisi sit caritate conditus. Ea que in capitu  
lo recitant mēoriter teneas. spāliter obedias que  
ibi iniūgunt. ordinationes que ibi cōstituuntur.  
et recomēdatiōes quas ibi videris explicare. nec  
nō et alia salubria documenta.

### **D**octrina confitendi. Capitu. xj

#### **G**li si vis ad virtutis

**f**apicem puenire: sic frequēter obmi  
tis et comitis ita frequēter debes cō  
fiteri. In confessione em̄ pctā lauā  
tur: virtutes augent. et non habenti  
grā cōferunt. Omnia quidem pctā tua confitearis de  
quibus cōscientia te accusat simpliciter atq; pu  
re. Item cū vadis ad cōfitendū dic. Dixi confi  
tebor aduersum me et c. Anū sacerdotem habeto.  
cui etiā cōscientiā denudabis. Noli mutare pro

pter verecundiā aliquā cōfessorē. dicendo vnā  
partem vni ⁊ aliā alteri. quia talis non est muta  
tio dextere excelsi.

**D**octrina de studio. Capitulū. xij

**Q**ui quā vadis ad stu  
diū dic. Declinate a me maligni ⁊c.  
Reuela oculos meos ⁊c. Deinde cū  
reuerētia aperi librū. ⁊ verba sacra  
corde ⁊ ore studeas ruminare. Et si

aliqd difficile inueneris interroga doctores. ⁊ in  
terrogando nō multū spm inquisces. Testus post  
cenam. sed questiones prouide ante cibis. Cum  
aut de libro recesseris semp aliqd tecū porta. In  
studendo cbaritatē habeas ordinatā. Primū de  
te ⁊ cōtra te auctoritatē dicens. Ne mihi quia in  
hoc vitiosus sum. Nō tm reuerentiam ⁊ cbarita  
tem veruētā discretionē habeto. Nam si aliquis  
dixerit tibi frater adiuua me ad missam vel ad ali  
quid aliud: ilico claude librum ⁊ adiuua fratrem  
tuū. Memēto ad quid venisti vel ad quod studiu  
m. certe nō vt esses phus aut poeta s; vt salua  
res animā tuā. viuēdo in obediētia. paupertate. ca  
stitate ⁊ cbaritate. Et si noueris te aliquā scienti  
am habere: non ppter hoc eleues te sup te. s; ma  
gis humilia spm tuū. Scio em quia deus super  
bis resistit: hūilibus autē dat gratiā. Propterea

recognosce quia dñ tu studes. frater tuus qui for  
te est melior te in coqna ppter te estuat laborādo  
**¶ Doctrina visitandi infirmos. xiiij**



## **H**il fratres infirmos

semel saltem in die visita. Cū infir-  
mitatū intrabis dices. Aura corru-  
pens pestilens. ⁊ om̄is infirmitas  
discedat ab hoc habitaclo tuo dñe  
Interea videbis eos. ⁊ aliqua verba cōsolatoria  
dices sibi. Et si indigēt aliquo seruitio tuo scilicet  
sternere lectuz. excutere tunicas ⁊ huiusmodi. Si  
quādo fueris infirmatus debes domū mundam  
tenere. tempestine ea que pparanda sunt pparare  
nō abhorre orinale. peluis euacuare. terger sani-  
em. paniculosq; lauare. Et hoc ei magis in amo-  
re firmabis. iuxta sententiā sapientis. Et si quan-  
do tu fueris infirmitate grauatus. patientiā ha-  
be ⁊ recordare quia p multas tribulationes opoz-  
tet nos intrare in regnuz celorum. Et si forte fra-  
ter non seruit tibi ad voluntatem tuam: non mole-  
stes eum. sed sustine ⁊ dic in corde tuo. Vere pro-  
pter pctā mea talia ppeti memor ego miser pec-  
cator. Recordare etiā quāta sustinuerunt patres  
nri videlz sanct⁹ iob. ⁊ thobias. ⁊ beatus franci-  
scus ⁊ quāta paciētā habueſt. ⁊ quō gaudebāt  
in infirmitatib⁹ suis ⁊ dic. Si nō possuz vnā fe-

b're sustinere, quō sustinerem crucis patibulum.  
**¶ Doctrina recipiēdi fratres. c. xiiij**

**¶ Ali quando fratres ve-**

**f** niūt de vltā recipe eos gaudēter. **¶** Placet interdū panis ⁊ aq̄ cuz vultu sereno: q̄ cū rugosa fronte altilia ⁊ vitulus saginatus. **¶** Mō lauab pedes eorū. cōsuat tñ ātea reb⁹ suis. Deīn sterne sibi lectos ⁊ mātellos sꝫ congruētā tꝫris exhibeb. **¶** Postea sibi corpis necessaria p̄parab. Semp tñ cū bono solatio ⁊ hōesto. Secreta cōuent⁹ ⁊ etiā puicie nō eis reuelab. **¶** Et caue tibi a malo exēplo. ⁊ ostēde te multū sobriū corā eis.

**¶ Doctrina requisite nature. c. xv**

**¶ Ali cū vadis ad requisit-**

**f** ta nature. coopi caput tuū hēcūdia duct⁹ **¶** Mātellū nō portab illucv⁹ ēt alibi nisi fuer⁹ aliq̄ necessitate aggrauat⁹. In tali loco noll straberē lōgā morā. noli ēt ibi faceē ofonē vocalē

**¶ De mō cōplacendi prelati. c. xvj**

**¶ Ali si vis in pace viuere**

**f** in ordine tuo. prelato tuo tanq̄ patri tuo obedi. **¶** Cum p̄latus tuus dixerit tibi fac hoc. Dic in corde tuo. Et iumentum factus sum apud te. ⁊ ego semper tecum. **¶** Obedia tua sit sine mōra sine murmure. ⁊ sine tepiditate. **¶** Ita

facito semp̄ vt cor p̄lati tui sit serenū tibi pariter  
z deuotum vel tranquillum. Et si quando tibi lo  
quatur acerbe. paciētias habe. Homo em̄ nō sem  
per in eodez statu permanet. Nōne r̄y. hore sunt  
in die? Si mane irascitur tibi. vesp̄e tecuz diuidet  
escam. Debes etiaz scire. q̄ multo magis est obe  
dire homini z ei subiaccere p̄pter deū q̄ dño obe  
dire. Quia quicūqz obedit creature p̄pter creato  
rem. obedit creatori z creature. Si esses intētus  
in lectione. z etiā in tanta deuotiōe positus q̄ lo  
quereris cū angelis z vocareris ab hoīe cui sub  
iectus es p̄pter deū: statim debes colloquutionez  
angelozum dimittere. z tuo prelato obedire.

### ¶ Doctrina de mō paupertatis. c. xvij



**F**ili dilige paup̄ta  
tem. ip̄a em̄ te diriget z p̄ducat ad  
regna celestia. Nihil habebis. ni  
hil dabis. nihil accipies sine licē  
tia p̄latorū. Religiosus nāqz nū  
q̄ potest habere sine tristitia. Da  
p̄lato tuo que habes si petat. Res tuas libenter  
accomoda. Si aliquis aut rem tuā destruxerit nō  
nimium doleas. Memēto qz hec om̄ia tamq̄ um  
bra decurrūt. Dico tibi felix est ille religiosus qui  
nihil oīno habet. Iste talis est de quibus ait psal  
mista. Sicut sagitte in manu potētis: ita si. ex cu.

Filij excusozū sunt illi qui excussi sunt a puluere  
oīm mādanozū. quibus cū dicitur ite ad talem lo  
cum parati sunt ad eunduz. sicut sagitte a manu  
fortium destinate.

**D**octrina de castitate suāda. xviiij

**I**lli nō tm obedientiam

**f** et paupertatē seruare teneris. sed etiā sacra  
tissimā vel sincerissimā castitatē. Si vis  
ergo eā custodire. captiua omnia mēbra tua in ob  
sequio iesu xpi. Cum aliqua mulier pulcra et com  
pta occurrerit tibi et oculus incestus qui ad hec po  
nus est voluerit eam vel cōcupiscibiliter cupide  
intueri. dic. O oculo nequā iā in captiuitate posi  
tus. qd ergo circūspicere pompā seculi. pabulum  
mortis. blādimētuz facinoris ꝓcupiscis? Visne  
interficere me. sicut multos interemisti? De hac  
materia satis superius dictum est.

**D**octrina intrandi villam. xviiij

**I**lli quādo intrabis vil

**f** lam signa te signo crucis. et munit te cli  
peo orationis et dic. Auerte oculos me  
os ne videāt vanit. Noli circūspicere vicos ne  
videas que noceāt tibi. Sociū tuū sine loqui. Et  
non placeat tibi multum intrare villam. quia ibi  
parum etiā lucratur homo sanctus.

**D**octrina circa laboritium humis  
mitem et paruum. Capitulum. xx

**A**li cum pulsatur ad olera

**f** vel legumina expianda vel pices excamados  
et talia huiusmodi. esto primus in accessu et vlti  
mus in regressu. Cum ad congregationem fratrum ac  
cesseris dices. Dixi custodiam vias. et posui ori. et c.  
et c. Domine domine custodiam ori meo et ostium. c. i. l. m. Et cum  
fueris ibi labora solcite et deuote. Memeto quod qui  
non laborat non manducet. Et labores manus tua. et c.

**D**octrina collationis. Capi. xxj



**A**li pulsatur campana

na maior ad collationem: statim ibis  
et stabis ante refectorium. ut ad pul  
sationem campanelle intres ordina  
te. Et caue tibi a superfluo potu et et  
iam animo forti ne noceat tibi in nocte vel etiam  
in matutinis. Recordare quia exultatio anime et  
corporis sobrius potus. Amaritudo anime vi  
num multum potatum. Vinum tempera.

**D**e contentione vitanda. ca. xxij

**A**li caue tibi et precaue

**f** ab omni contentione. Iterum disco tibi ca  
ue. Noli succedere tibi. Et si alij contra te

ptēdere voluit. tanq̄ a facie colubri p̄nice cursu  
fuge. Porro si contumelias audieris: finge te  
non audire et etiā nō curare. Et dic in corde tuo.  
Benedictus sis dñe quia talia mereor audire.  
Nosti quidem bene q̄ si fratri pro meritis respō  
debis mo: debet te cōscientia. et eidem habebis di  
cere culpam tuam. et habebis forsam in capitulo  
disciplinam. Porta ergo in mente tua illud pro  
verbium antiquorum. Ille viuit in pace. qui au  
dit videt et tacet.

**¶ De modestia ludēdi cū māib⁹. xxiiij**

**¶ Alii vere religiosus**

in omnibus debet esse modestus.

**¶** Noll ḡ manibus iocari sic faciūt  
seculares. Audiuimus em̄ sepe et  
vidimus. qm̄ ludus generat trepi  
dum certamē et irā. Exinde ip̄a ira vertit̄ in odiū  
et qñq; in bellū intestinū. Et si forte oportebit te  
iocari p̄pter importunitatē alicui⁹ vel tuā. Per  
mittas te potius supari q̄ supare. Nūq̄ in ludē  
do tuā fortitudinē ostendes. Quid si superabis  
ysacar asinus fortis censeris. Et ad suportanda  
onera graua tuis humeris p̄pelleris. Verba bo  
ni solati; interdus dicere potes. Ita dum tarat si  
cognoscis q̄ non displiceāt audienti.

**¶ Doctrina confessionis. cap. xxiiij**

b iij

## ¶ Ali cum volueris confi-

teri. debes cōsiderare quot modis homo peccat. Homo em̄ peccat tribus modis In deū: In seipm: In prīmū. In deū duob' modis. ⁊ dicā grosso modo. vel cū aliq's facit qd nō debet facere. vt est trāsgressor mandatorū dei vel cū nō facit que debet facere vt nō diligere ⁊ nō timere deū. In se peccat hō duob' modis in aīa ⁊ in corpore. In aīa duobus modis. v' cū facit que nō debet facere. vt cōcupiscere v' cū nō facit que debet vt diligere ⁊ h'mōi. In corpore duobus modis vel cū facit que non debet facere. vt fornicari. vel cum nō facit que debet facere vt nō orare In proximo peccat homo duob' modis. in aīa ⁊ in corpore. In aīa cum eius intentionē iudicat. In corpore cum sibi malum facit ⁊ huiusmodi. Confitere ergo ita.

### ¶ Doctrina de mō cōfitendi. c. xxv



**D**ico meā culpaz deo ⁊ vobis pater de om̄ibus peccatis meis. de mādatiis dñi ⁊ cōsiliis ei' que nō obseruaui nec obseruo sicut debeo. Et etiam d' obediētia ⁊ paupertate ⁊ castitate que nō obseruaui corde. ore. ⁊ ope sicut teneo. De constitutiōibus ⁊ ordinatiōibus

onibus quas fregi quandoq;. Dico meā culpam  
quia nō diligo nec timeo nec honoro deum sicut  
debeo. De ingratitude quia cum dñs me fecerit  
ad imaginē ⁊ similitudinē suam. et cum eduxerit  
me de lacu miserie ⁊ de luto fecis. ⁊ posuit me in  
sanctā religionē: nō regratior ei nec scio reddere  
gratiarū actiōes sicut debeo. De passiōe dñi no-  
stri iesu xp̄i quā nō porto in meip̄o sicut debeo ⁊  
teneor. nec lachrimor ob mēoriā eius. Dico meā  
culpaz quia peccaui in anima mea. per supblam  
auariciā: tristriciā. irā: vanā gloriā. De prauis ⁊  
immundis cogitatiōibus quas nō expello de  
corde meo sicut debeo. De concupiscentia car-  
nali. De hoc q̄ nō exerceo animā meā. ad pietatē  
ad compassionem ad deuotionem. dico meā cul-  
pam de corde meo in pctō luxurie. De motu car-  
nali cui nō resisto fortiter sicut debeo. De poluti-  
tōe nocturna. Debes aut̄ scire q̄ pollutio noctur-  
na venit sex modis. Ex crapula ⁊ p̄cedēti cogi-  
tatiōe ⁊ labore ⁊ ex supfluo humore ⁊ ex innaniti-  
one ⁊ ex diabolica illusionē quas habui in nocte ista  
aū matutinū. De supfluitate in cōmedēdo ⁊ bibē-  
do. quia possum facere aliquā abstinentiam ⁊ nō  
facio. Excedo etiā modū in quātitate ⁊ qualitate  
De q̄nq; sensibus quos nō ordino ad seruiciū  
dei sicut debeo. Video quādoq; illicita. delector  
quandoq; in speticum fragrantia. tango q̄noq;

nō tangēda. ⁊ delector. De verbis ociosis ⁊ inna-  
nibus ⁊ falsis. Et nō oro p benefactoribus. sicut  
debeo ⁊ teneor. De dissolutionibus quas quādo  
q̄ facio. inridendo in ludēdo ⁊ multis alijs. De  
officio dei qđ negligentē dico ⁊ cū modica deuo-  
tione. quādoq̄ vnū dico ore aliud corde. De In-  
deuotione. nō paro me ad deuotionē sicut debeo  
De amissione t̄pis qđ male expēdo. posses eū fa-  
cere aliqđ bonū ⁊ nō facio ⁊ sic de alijs. Nō sem-  
per te oportet facere longā cōfessionem. s; breui-  
ter te expedias dicens culpam tuam. de quibus  
conscientia tua reprehendit te.

**De mō dicēdi culpā in capitlō. xxvj**

**I**co meā culpaz deo

⁊ vobis pater de om̄ibus peccatis  
meis. sp̄aliter quia tali die veni tar-  
de ad horas. quia erravi i choro in  
tali re. quia fudi vinū vel aquā sup  
mēsam. qz fregi silentiū. necnō ⁊ de alijs offensis  
Qñ trāsīs p cimiteriū. dic. Qui lazarus re. p̄ n̄.  
ꝛc. oratio. Deus cui? miseratione. ⁊ Absolue

**Breuiiloquium. Capitulū. xxvij**

**A**li quodam breuiiloquiū

**f**um tibi supadiūgo. Omnē tribulationes  
libenti animo sustine. In tribulatiōibus

gaude. De bono proximi tui gaudeas. De malo eius  
compatere et orare pro eo. Inferiorem et vilio-  
rem omnibus te existima. Incessus tuus sit maturitas  
te plenus. Tristitiam inter fratres dissimula. Ritus  
tuus non sit excussus. sed sine dente. tuis etiam inter-  
pone gaudia curis. Cum fueris solus. semper ali-  
quid boni facito. Quando cum alijs fueris. ostende te beni-  
gnum et humile. conuersare affabiliter cum illis quos  
videris timorem dei habere. Adiuua fratrem tuum li-  
benter. Femoralia saltem in hebdomada semel la-  
uabis. Non sis piger seruiendi ad missam vel ad  
mesam et etiam ad excutiendum tunicas fratrum. Mo-  
res honestorum fratrum considera et eos imitare pro-  
posse. Conuentum tuum sequere quia magna virtus est.  
Est enim bonum quantum ad corpus et quantum ad  
animam. Si offendisti fratrem non verearis sibi di-  
cere culpam. Non mittas nuntium ad seculares. nec  
loquaris cum eis sine licentia. Quando fratres sunt con-  
gregati in verbis non accedas ad eos. Infra diem  
non bibes: nisi necessitate coactus. Os enim serui dei  
debet esse. os spiritus salutis. et non os vinariac.  
Non delecteris frequenter intrare coquinam nisi  
habeas ibi facere. Ad portam non vadas sine li-  
centia. Candelam ita extinguas quod fumus non ascendat.  
Si caritas cum aliquo non habenti ita bonam vocem sicut tu  
prodescende sibi. si facis contra deum charitatem facis.  
Quando deponis matellum tuum de collo tuo ponas

nō tangēda. ⁊ delector. De verbis ociosis ⁊ inna  
nibus ⁊ falsis. Et nō oro p benefactoribus. sicut  
debeo ⁊ teneor. De dissolutionibus quas quādo  
qꝫ facio. in ridendo. in ludēdo ⁊ multis alijs. De  
officio dei qđ negligenter dico ⁊ cū modica deuo  
tione. quādoqꝫ vnū dico ore aliud corde. De In  
deuotione. nō paro me ad deuotionē sicut debeo  
De amissione tꝑis qđ male expēdo. posses eū fa  
cere aliqđ bonū ⁊ nō facio ⁊ sic de alijs. Nō sem  
per te oportet facere longā cōfessionem. sꝫ breui  
ter te expēdas dicens culpam tuam. de quibus  
conscientia tua reprehendit te.

De mō dicēdi culpā in capitlo. xxvi

**I**co meā culpaz deo

⁊ vobis pater de om̄ibus peccatis  
meis. sp̄aliter quia tali die veni tar  
de ad horas. quia erravi i choro in  
tali re. quia fudi vinū vel aquā sup  
mēsam. qꝫ fregi silentiū. nec nō ⁊ de alijs offensis  
Qñ trās is p cimiteriū. dic. Qui lazarus re. p̄ n̄.  
rē. oratio. Deus cui? miseratione. ⁊ Absolue

**B**reuiiloquium. Capitulū. xxvij

**A**liquodam breuiiloqui

**f**um tibi supadiūgo. Omnē tribulationes  
libenti animo sustine. In tribulatiōibus

gaude. De bono primum tui gaudeas. de malo eius  
compatere et ora pro eo. Inferiorem et viliozem  
omnibus te existima. Incessus tuus sit maturitas  
te plenus. Tristitiam inter fratres dissimula. Ritus  
tuus non sit excussus. sed sine dente. tuis etiam inter  
pone gaudia curis. Cum fueris solus. semper ali  
quid boni facito. Quando cum alijs fueris. ostende te beni  
gnum et humile. conuersare affabiliter cum illis quos  
videris timorem dei habere. Adiuua fratrem tuum li  
benter. Femoralia saltem in hebdomada semel la  
uabis. Non sis piger seruiendi ad missam vel ad  
mesam et etiam ad excutiendum tunicas fratrum. Mo  
res honestorum fratrum considera et eos imitare pro  
posse. Conuentum tuum sequere quia magna virtus est  
Est enim bonum quantum ad corpus et quantum ad  
animam. Si offendisti fratrem non verearis sibi di  
cere culpam. Non mittas nuntium ad seculares. nec  
loquaris cum eis sine licentia. Quando fratres sunt con  
gregati in verbis non accedas ad eos. Infra diem  
non bibes: nisi necessitate coactus. Os enim serui dei  
debet esse. os spiritus salutis. et non os vinariac  
Non delecteris frequenter intrare coquinam nisi  
habeas ibi facere. Ad portam non vadas sine li  
centia. Candelam ita extinguas quod fumus non ascendat.  
Si caritas cum aliquo non habet ita bonam vocem sicut tu  
prodesse sibi. si facis contra pro charitatem facis.  
Quando deponis matellum tuum de collo tuo ponas

in loco honesto complicatum. et minus quam potes  
portes eum. Dulcius est enim quam frater incedat cum  
habitu quam clamide clamidatus. Si ceciderit in fra  
gilitatem non tardabis de die in dies confiteri. sed  
eodem die confiteberis. dicens qualiter tibi accide  
rat et dices. vij. ps vel aliqd tale. Admonitiões q̄  
tibi dicuntur non piclas post tergum tuum. qz q̄ sper  
nit modica paulatim decidet ad maiora et ad vir  
tutis culmē puenire non potest. Caue tibi a mēda  
tio. nā frater mēdosus reputat impudicus. Mē  
datiū em̄ fili? impudicicie est. Stude placere fra  
tribus in hīs que poteris bono mō. Minas ali  
quorum non formidabis. qz si non feceris omnes tibi  
nocebūt. Noli cōprehendere quenq̄. et si aliq̄s  
te molestat. non respondeas illi quicq̄. s; dic perso  
ne que potest pdesse et non obesse. Non inuitabis ali  
quē ad cōmedēdum vel ad bibendum nisi prius  
licentia sit cōcessa. Et si aliquotiens videris fra  
tres minime laborātes. ppter hoc non tepescas.  
quoniam cogita et dic. Isti per. x. vel. xx. ānos  
fuerūt in labore ordinis pdurātes et portauerūt  
pondus diei et eitis. et iam contracti sunt et pene  
cōsumpti. Insup hāc tibi trado regulā quatin?  
ita tractes res ordinis diligēter: ac si eas tuo ad  
eptus fueris sudore. et cōsidera qz p frustra pa  
nis et gutta vini et olei male perduto ad iudicius  
deducris.

Doctrina surgēdi ad matuti. xxviiij

## ¶ In hora matutinali

**f** quādo audies horologiū statim surge ⁊  
muntas te signo sancte crucis cum omni  
reuerentia dicēs. p signū crucis. d. i. n. l. i. n. d. d. n.  
Deinde dic. Dñe labia mea apies ⁊ de⁹ in adiuto  
rium totū psalmū. Quā aut redibis de necessarijs  
Dic memor fui nocte n. t. d: ⁊. c. l. t. Et ego ad te  
dñe clamaui ⁊ mane ora. m. p. te. Repleat os meū  
lau. ⁊ c. Dñe exaudi ora m. o. r. o. De⁹ cui omne cor  
patz ⁊ omnis vol. ⁊ c. Exinde lauabis manus ⁊  
oculos ⁊ dentes cū digitis lotis ⁊ nō cū aqua. qz  
aqua inficit eos. Faciē aut frequēter ⁊ multū la  
uare reprehensibile est ⁊ inhonestus. postea asps⁹  
aqua bñdicta cū. v. Aspsges me. Intras ecelesiā  
dic. Introibo in domū tuā. a. ad. t. ⁊ c. vel. Aufer  
a nobis cūctas ⁊ c. Postea corā altari deuote in  
clinatus dicēs. Adoramus te tpe ⁊ benedicim⁹  
tibi. ⁊ c. postea intrabis ad locum tuum.


¶ Doctrina qualiter debes addere  
aliqua in missa. Capit. xxviiiij

## ¶ Ost sanctus in pmo me⁹

**p** mento. dicas hāc orationē. Misere⁹ dñe  
omnibus parētibus nostris. N. ⁊ oibus  
familiaribus nostris vel omnibus familiaribus

meis. N. et omnibus qui orant pro me: et omnibus  
qui se meis indignis orationibus commendauerunt  
Da eis penitentiam fructuosam ut ad te fructum dul-  
cissimum valeant peruenire. In secundo memento  
dic. Misere dñe aiabus parentum nostrorum. N. et  
fratrum nostrorum. N. et benefactorum nostrorum et recom-  
mendatorum nostrorum. N. et omnium fidelium defun-  
ctorum. Da eis dñe refrigerij sedem: quietis bea-  
titudinem: et luminis claritatem. Amen.

**I**ncipit tractatus de quatuor vir-  
tutibus cardinalibus sancti Bonauenture



**Q**uatuor virtutibus  
cardinalibus que sunt virtutes politice. i.  
scilicet de gubernatione ciuitatum. purga-  
torie purgati animi ac exemplares. Se-  
neca. Quatuor virtutum spes multorum  
sapientium sententis diffinitae sunt quibus animus hu-  
manus coeptus ad honestatem vite possit accedere.  
Quarum prima est prudentia. Secunda magnanimitas  
Tertia continentia. Quarta iusticia. Singule igitur  
honestum et bene morigeratum faciunt virum. Gregori-  
us. Solidum nostre mentis edificium prudentia. tem-  
perantia. fortitudo. iusticia sustinent. In his igitur  
quatuor virtutibus tota boni operis structura con-  
surgit. Sicut quatuor paradisi flumina terram irrigant.  
quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur.

ab omni desiderio estu temperatur. Cardinales  
appellantur. quia sicut ostium vertitur in cardine  
et regitur. ita his regitur et vertitur vita hominis. Per  
virtutes namque cardinales rectificatur anima in suis vir-  
tibus. Nam prudentia rectificatur vim rationalem  
Fortitudo siue magnanimitas irascibilem. Tem-  
perantia siue continentia concupiscibilem. Justi-  
cia vero rectificatur omnes vires. Ipsa enim iusticia  
apprehendit omnes virtutes ad primum ut est libe-  
ralitas. et ordinatur ad seipsum. sicut est penitentia  
et innocentia. Et ordinatur ad deum. sicut est laetitia  
pietas et obedientia. Et ideo iusticia dicitur retinens  
omnes virtutes quia non tantum est specialis sed genera-  
lis virtus comprehendens totum animi rectitudinem. cum  
ipsa dicatur rectitudo voluntatis. Nota per vir-  
tutes cardinales homo in omnibus operibus instru-  
itur et contra vicia armatur. Primum fit dupliciter.  
quo ad se per prudentiam. ad proximum per ius-  
ticiam. Secundum etiam dupliciter. In prosperis  
per temperantiam. in adversis per fortitudinem ar-  
matur. Augustinus. Prudentia est in precauendis  
insidiis. Iusticia in subueniendo miseris.  
Fortitudo in perferendis molestiis. Temperan-  
tia in coercendis delectationibus pravis. Poli-  
tice dicuntur prout sunt in recto regimine ratio-  
nis. Purgatorie prout sunt in victoria vicio-  
rum. et respiciunt partim interiora et partim exte-

rioz purgati animi dicuntur quādo deuictis vic  
cijs possessor virtutū quiescit raro insurgētib<sup>9</sup> moti  
bus prauis p̄missis. Exēplares dicunt<sup>r</sup> que in mē  
te diuina cōsistunt. Nam idē in deo sunt et omni  
um rerum exemplar est. Nota q̄ quilibet virtus  
cardinalis potest coaptari singulis virtutibus  
tam p̄missis. Nam prudentia p̄t est virtus poli  
ca vt ait Macrobius est ad rationis normā que  
cogitat et que ait vniuersa dirigere et nihil preter  
rectum facere vel velle. Secundo p̄t est virtus  
purgatoria est mūduz et omnia que in mūdo sunt  
diuinorū contēplatione despiciere. Tertio p̄t est  
purgati animi est sola diuina noscere et ea tanq̄  
nihil sit aliud intueri. Exēplatis autem est ipsa  
mens diuina cui omnia nuda sunt et apta: et dispo  
nit vniuersa que in celo sunt et q̄ in terra sunt. etc.  
Primus gradus facit hominē in omibus ratio  
nabiliter opari et cū hominibus honeste cōuersa  
ri. Secūduz mētem altius erigit. quia cū munda  
na despicit. eterna et celestia prudēter appetit. Ter  
tius mentem plenius p̄ficit dum eā in eternis fi  
git. quia sola eterna celestia bona cōspicit. Quar  
tus qui in solo deo est p̄dictus gradus inchoat  
deducit et cōsumat. quia omnis vera prudentia a  
dño deo est. Seneca. Quisq̄s prudentiā sequi de  
sideras. tūc p̄ rationē recte viuas. et omnia prius  
estimes et p̄penses. Si prudens esse cupis in fu

tura p̄spectū intende. ⁊ que possint cōtingere cū  
cta āte p̄pone. nil tibi subitū sit. sed ān totū p̄sp̄  
cias. Nam qui prudens est nunq̄ dicit non pu  
taui id fieri. quia nō dubitat sed expectat. nec su  
spicatur sed cauet. Si prudentiam amplecteris.  
vbicq; idem eris. ⁊ put varietas erigit rerū. ita te  
accomodes templ. Sermo tuus nō sit inanis: s;̄  
aut suadeat. aut moneat. aut cōsoletur. aut preci  
piat. lauda parce. vitupera parcus. Nam simili  
ter rephensibilis nimia laudatio sic immoderata  
culpato. Illa siquidē adulatione. ista malignita  
te suspecta est. Si prudens est anim⁹ tuus trib⁹  
temporibus dispensetur. presentia ordina: futura  
p̄uide. p̄terita recordare. Nam qui non de futuro  
p̄meditatur: in om̄ia incautus incedit. p̄pone ani  
mo tuo mala futura ⁊ bona: vt illa sustinere pos  
sis. ista moderari. Non semp sis in actu sed inter  
dum animo tuo dato requies. Sed ⁊ ip̄a requies  
plena sit scientie studijs ⁊ cogitationibus bonis  
Nam prudens nūq̄ marcet ocio. Aliquādo ani  
mū remissum nunq̄ dissolutum habet. Nō te mo  
ueat auctoritas dicentis. nec quis sed quid dicat  
attēdito. nec q̄ multis sed qualibus placeas co  
gites. Prudentia est bonarū rerū ⁊ malarū discre  
tio vtracq;. cū fuga mali ⁊ electione boni. de qua  
procedit circumspectio docilitas cautio. Circū  
spectio est cautela contrariorū viciorū qua fugi

mus auariciam ⁊ cauemus pdigalitatē. Docti-  
litas est potentia erudiendi. hoc ordine vt prius  
te ⁊ postea alios instruas. Cautio est prudentia  
discernendi vicia. virtutū species inferentia. Pru-  
dentia in sex diuiditur. In cognitionē presentū.  
Prouerbi. iij. Precedant palpebre tue gressus  
tuos. Id est cōsilia tua facta tua preueniant. Se-  
cundo in memoriam p̄teritorū. Ezechias. Reco-  
gitabo tibi om̄es annos meos. ⁊c. Tertio in pro-  
uidentiā futurozū. Boetius. Nō sufficit intue-  
ri quod situm est ante oculos. prudentia rerū exi-  
tus metitur. In circumspectionē contrariorum  
Prouerbiozū. xiiij. Est via que videtur hominī  
recta nouissima autem illius ducunt ad mortem  
Quinto in cohibitionem peccatorum. Paulus  
Castigo corpus meū ⁊ in seruitutes redigo. Sex-  
to in exercitationē virtutū. Ecclesiasti. ix. Quod  
cūq; potest manus tua facere instanter operare.  
¶ Secunda virtus cardinalis est temperantia.  
que prout est virtus politica ē nihil appetere pe-  
nitendum. in nullo legem moderationis excedere  
sub iugo rationis cupiditatem domare. Secūdo  
prout est purgatoria. om̄ia relinquere inquātum  
natura patitur que corp̄is vsus requirit. Tertio  
prout virtus purgati animi. est terrenas cupidita-  
tes nō solū reprimē sed penitus obliuisci. Quar-  
to prout exemplaris que in deo est. sic est q̄ in se

ppetua est. in intentione conuersa est. Primus ab  
excessu et defectu custodit. quia ei medium virtus  
tis omni tpe ostendit. Secundus mentem ad eter  
na perfecte dirigit. quia superfluitatem rerum gra  
uantium firmiter excludit. Tertius mentem in eter  
nis figit. quia concupiscentiam omnis inordinati  
concupiscibilis penitus extinguunt. Quartus p̄di  
ctos gradus inchoat. deducit et p̄ducit et p̄ficit.  
quia omni creature numerum pondus et mensuram  
tribuit. Seneca. Si continentiam diligis circum  
cede superflua. et in artum desideria constringe. Con  
sidera tecum quantum natura deposcat. non quan  
tum cupiditas spectat. palatum tuum fames exci  
tet. non sapor. nec ad voluptatem sed ad cibum  
accedas. nec presentibus delitiis inheres. nec  
desiderabis absentes. Si continentiam diligis: tur  
pia fugito antequam accidant. nec quicquam aliud magis  
veres quam teipsum. omnia preter turpitudinem tolle  
rabilius crede. a verbis quoque turpibus te absti  
ne. quia licentia eorum impudentiam nutrit. Si con  
tinens es opus est continue affectiones adulationi  
um repellere. quorum sermones animus quadam vo  
luptate resoluunt. Si continens es. et animi et corpo  
ris motus observa ne indecori sint. nec ideo con  
temnes quia latent. Nam nihil differt si nemo vi  
deat cum ipse videas. Cunctis esto benignus. nul  
li blandus. et paucis familiaris. omnibus equus

Bone fame. neq; ire seminator. neq; inuidus aliene felicitati. ad irā tardus. ad misericordiā pronus. in aduersis firmus. in prosperis cautus et humilis. virtutum occultator sicut viciozus. rari sermonis. sed loquentiū patiens. Que nosti sine arrogancia postulanti imparties. que nescis sine occultatione ignorantie. tibi postula humiliter impartiri. Notandum q̄ temperantia est virtus cū potentia resistendi illecebris in nobis impetus facientibus. ex qua procedit p̄tinētia. que est virtus ab illecebr̄ castitas / sobrietas / parcitas qua retinemus retinenda. largitas / moderantia. honestas / abstinentia: verecundia: modestia. oīm rerū moderatio. Tertia cardinalis virtus est fortitudo politica que est anima supra periculi metum erigere. nihilq; nisi turpia timere. Secūda purgatoria est animo nō terri contra queq; aduersa. Tertio purgati animi est passiones nō solus vincere corporis. sed animo penitus ignorare. Exemplaris que in deo est q̄ semp̄ idem est nec vnq̄ mutatur. Ex his potest patere q̄ primus gradus hominē facit omnem metum pro vtilitate reipublice postponere. ⁊ nihil nisi turpia formidare. Secundus magis confortat vt nulla pena carnalis eū terreat. quia ad sola eterna fortiter anhelat. Tertio mētem in eternis figit cū contraria viderit repugnare animo ⁊ confidenter cōtemnit. Quartus predi

ctos gradus inchoat deducit & cōsumat. Ipse at  
tingit a fine vsq; ad finem fortiter. & disponit om  
nia suauiter. Seneca. Magnanimitas que et for  
titudō dicitur si insit animo tuo. viues cum ma  
gna fiducia. liber intrepidus alacer. Magnū ani  
mi humani bonū est. finem huius vite intrepidū  
expectare. Si magnanimus fueris nunq̄ iudica  
bis tibi cōtumeliam fieri de inimico. dices nō mi  
hi nocuit sed nocendi animum habuit. & cū ipm  
in potestate tua videris. vindictam putabis vin  
dicare potuisse & non fecisse. Scito em̄ magnum  
& honestum vindicte esse genus ignoscere. Eris  
magnanimus si pericula non appetas vt temera  
rius. nec formidas vt timidus. Nam timidū nō  
facit animū nisi reprehensibilis vite conscientia.  
Fortitudo est immobilis inter aduersa animi la  
borum & periculorum susceptio. que nec aduersi  
tatis incursum frangitur. nec prosperitatis blan  
dimento eleuatur. De qua oritur magnanimitas  
fiducia. securitas. paciētia. p̄seuerātia. lōganimi  
tas. humilitas. mansuetudo. &c. Quarta virt<sup>9</sup> car  
dinalis est iusticia politica. que est mūdum desp̄i  
cere. & seruare vnicuiq; quod suum est. scilicet sibi  
ipsi & proximo & deo. Purgatoria est ad veram  
viam proximi consentire. & vniuscuiusq; virtutes  
in suo vigore huare. Tertia purgati animi. est cū  
diuina mente perpetuo sedere sociari. *Exempla*

ris iusticia que in deo est perhenni lege a sempiterna operis sui continuatione non flectitur. Primum gradus ab omni iniquitate custodit. et cum omnibus hominibus conuersari facit. Secundus mentem ad eterna trahit. quia iusto ordine rationis perfecte consentit. Tertius mentes in eternis figit. quia illa cum deo eterno perpetuo federe sociat. Quartus predictos gradus inchoat. deducit et perficit quod omnem creaturam suam perpetua et inflexibili lege iuste regit. Ex his patet quod per virtutes cardinales ut sunt politice homo ordinatur in operationibus suis quo ad proximum suum. per virtutes que sunt purgatorie ordinatur ad seipsum. Purgati animi ad deum. Seneca. Iusticia est nature decus. et acta conuentio.

Explicit tractatus de quattuor virtutibus cardinalibus editus a sancto Bonaventura doctore seraphico.

**N**ota magnum meritum quod habet contemplatio christi passionis



A primis itaque secundum Albertum magnum. quicumque deuote cogitando passionem domini nostri iesu christi transcurrit per eam quasi quod dinumerat fabas: melius est quam si per annum integrum ieiua

naret singulis ferijs fertis. Item fm eundē. plus proficit qui passionē dñi nostri iesu xp̄i cōsiderat: q̄ si quis in singulis hebdomadis p vnū annum disciplinam faceret vsq; ad effusionē sanguinis. Item vt idem dicit. magis prodest ⁊ magis meretur qui supradicto modo recolit passionem dñi n̄ri iesu xp̄i q̄: si quis totū psalterius frequētaret singulis septimanis p vnum annum integrum. Item fm eundē. nō est qui valeat exprimere vtilitates eius qui assiduus est in meditatione passionis ac vulnerum domini nostri iesu xp̄i.



**B**eatus bernardus dicit q̄ omnis fidelis xp̄ianus deberet ad minus per vnā horā quotidie recollere ⁊ cogitare passiones dñi nostri iesu xp̄i. Item legitur in vltis patris. q̄ nihil sibi vtilius ⁊ deo acceptius potest homo in hoc seculo opari: q̄ si quis ex recordatione passionis dñi nostri iesu xp̄i: ita compungatur in mente: vt signa lacrimarum in oculis ip̄ius appareant. q̄uis tamē nō defluant. Item in speculo vere crucis dicit: q̄ ille qui ex toto corde cogitat passionem dñi nostri iesu xp̄i: recipit tres singulares gr̄as. In prima purgatur a peccatis suis. In secūda. si ip̄e non indiget purgatione: per merita eius purgantur multe

anime que in purgatorio erant longo tēpore purgature. In tertia. quotienscunqz omittit vl' attrahit flatum id est anhelitum siue spiritum: totiens recipit aliquam gratiam spiritualem.

**E**xPLICIT instructio nouitior. vna cum tractatu de quatuor virtutibus cardinalibus edito a sancto Bonaventura in monasterio beatissime virginis Marie de monte ferrato ordinis sancti Benedicti de obseruātia Impressum per Johannez Iuschner alamanū expensis eiusdem monasterij. Anno domini. millesimo quadringentesimo nonagesimonono. xvj mensis Junij.

